



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Resolvtiones Lvtherianae Svper Propositionibvs Svis Lipsiae Dispvtatis

Luther, Martin

Vvittenbergae, 1519

VD16 L 5795

Con: VIII. Veritati & rationi contrariu[m] est quide[m], inuite morientes deficere in charitate, ideoq[ue] pati horrorem purgatorii, modo veritas & ratio sit idem, q[...] opinio theologistarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32453**

Ista sophistica & odibilis duplicitas, seu rectius multiplicitas, cui non odiosa sit in Protheo, nedum in Theologo: Verum quum Eccius titulo prefixo contra nouam doctrinam disputare se dicit, intelligo eum simpliciter theologice, non de alia fide loqui, quam ego locutus sum, alioquin non contra meam nouam doctrinam loqueretur, & titulus mentiretur, Ideo dico, quod sua haec contraria positio sit omnium quas viderim vniuersam, hereticissima & impiissima, ut quae fidem solam iustificatricem, contra Paulum Apostolum & Euangelium Christi neget, & eam nullo crimine tolli affirmet. Deinde liberum arbitrium actu dominum contra scripturas defendit.

¶ CON: VIII.

Veritati & rationi contrarium est quidem, inuita morientes deficere in charitate, ideoque pati horrorem purgatorii, modo veritas & ratio sit idem, quod opinio theologistarum.

Haec nullum adhuc habet confutatorum, & de eadem multa Resolutorijs dixi, ne sim tedio, repetere nolo.

¶ CON: IX.

Animas in purgatorio esse certas de salute sua nec gratiam in eis augeri, scimus a Theologistis asserti, sed miramur doctissimos viros, quod huius fidei suae rationem nec stulte verisimile reddere possunt.

Hanc multis impetijt Eccius, sed nihil effecit, cum nullus hominum scire possit, quid cum animabus agatur in purgatorio, Haec ignorantiae professione, facile eludo omnem contrariam argumenta, quod nullus possit docere, quod nec vidit nec audiuit, nec in cor hominis ascendit. Opinari possimus de istis & similibus, quum volumus, sed solis theologistis conuenit, ut quae opiniones sunt, paritelicertissimis fidei iactent. Ad argumenta vero, quorum casus est & una virtus illud, hic omne meritum compari, non illic. Respondi satis in resolutorio, nec ego eas mereri dixi, sed gratiam non augeri, & in statu merendi non esse eas, dixi nondum demonstratum esse, postquam fuerit demonstratum, cedam.